

seducta. uel seducens. non erant eius
 sed di. Si haec de uide gentes figura
 bantur. ubi scribae & pharisaei reue
 bant mandatum di. ut traditiones
 suas constituerent. Ut cum plebe
 di iniquentem. sic quodam modo
 fornicarentur. Hec tamen talis
 illius temporis in populo fornicatio.
 quam dñs arguendo prodebat. effe
 cit. ut eorum essent sacramenta.
 qua non erant eorum sed di. Qui
 loquens ad fornicariam dicit. Illa
 omnia sua esse. Unde ipse dñs etiam
 quos mundauit a lepra ad eadem sa
 cramenta misit ut offerrent pro se
 sacrificium sacerdotibus. Quia
 non dum eis successerat sacrificium.
 quod ipse in ecclesia post uoluit
 celebrari pro illis omnibus. quia
 illis omnibus ipse praenuntiaba
 tur. Quanto magis non sacramen
 ta noui testamenti apud quoslibet
 hereticos uel schismaticos inuen
 entes. non debemus ipsis tribuere.
 nec quasi non agnita approbare. sed
 quamuis apud fornicariam mulierē

donaxi in legitimi agnosce. & uerbo
 ueritatis illam fornicationem enen
 dare. que propria est impudicenu
 lieris. non illa dona culpare. que pro
 pria sunt dñi miserantis. Harum
 & talium rerum consideratione pa
 tres nostri. non solum ante cyprianū
 uel arippinum. sed etiam postea
 saluberrimam consuetudinem tenu
 erunt. ut quicquid diuinum atque
 legitimum in aliqua heresi uel schis
 mate integrum reperirent. appro
 barent potius quam negarent. Quic
 quid autem alienum & erroris illius.
 uel dissensionis proprium ueraciter
 arguerent & sanarent. Sed ea quae
 ex illa epistola quae ad iubaunum
 scripta est. consideranda remanent.
 propter huius uoluminis modum.
 Ab alio quantum opinor exordio
 suscipienda atque tractanda sunt.
EXPLICIT LIBER TERTIUS.
INCIPI LIBER
QUARTVS.